FLORUS LUGDUNENSIS. PS. AMALARIUS METTENSIS. EXCERPTA

Zwettl, 4. Viertel 12. Jh. Seite 120r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



domini adiutorium non desi
nunt. Ac tum alleluia tunc
cantabunt. cum discipulorum
suorum uitam in deo crescere
uiderint. Ut paulus. Nunc
uiuimus. si statis in dño. Et item.
Scio aut. quod ueniens ad uos in
habundantia xpi benedictionis
ueniam. Perfectum tantu alla
tunc resonabunt. quando fiet qd
scriptum est. Beati qui habitant
in domo tua dne. in secula seculorum
laudabunt te. Unde et moss cre
brunt. ut per dies afflictionis
qui sunt .xl.ta ante pascha alleluia
non cantetur. quia dies luc
tus sunt et penitentie. resurrec
tione aut per acta sine inter
missione cantetur. Pontifex ergo
qui cum discipulorum inperitia
repugnatione et contradictione
adhuc certat. adiutorium. quoq;
dni ad ea deuincenda flagitat.
alleluia aut adhuc plene cum
eis non cantat. quia secundum
scripturam. non est speciosa laus
in ore peccatoris. Neq; primis
adhuc inherentes rudimentis.
possunt eorum officium subire.
quorum perfectus animus in
laude omnipotentis se solu m
nouit occupare. Propter quod
dauid bene psalmos septem qs
in laudem dni composuit. et alla
titulo prenotauit. et in fine con
clusit. non in capite psalterii.
non in medio. uel alia qualibet
regione. sed in fine posuit. aper
te innuens. quia eorum est
alleluia ueraciter cantare. qui
iam uitia euadere. et in perfec
tionis culmine. per seueranter
norunt consistere. Hec contra
aut a laude di cohibentur. q
adhuc uitiis eneruiter succum
bunt. dicente eodem psalmista.
Peccatori autem dixit ds. qua
re tu enarras iusticias meas. et
assumis testamentum meum
per os tuum. Hinc est quod
apostolus quosdam hortatur.
ut cum prepositis suis plenum
alleluia possint cantare dicens.
Obedite prepositis uris. et subia
cete eis. ipsi enim peruigilant.
quasi rationem pro uobis red
dituri. ut cum gaudio hoc fa
ciant. et non gementes. Post
hec uero benedicitur aqua sa
le. et cinere commixta. Et aqm
quoq; significare populum
testatur apocalypsis iohannis